



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ceadda Episc. 2. Martij

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

2. Mart. VITÆ SANCTORUM. 145
tamen hujus non potuit, JESU Nomen
invocatum à SWIBERTO potuit, &
puer in vitam revocatus plures à super-
stitione revocavit. Denique stella nobi-
lis SWIBERTUS cum diu in terris egis-
set, locum suum, ex quo venerat, repe-
tiit. Ex SUR.

*Etiam infidelis totum se ei debere non
ignorat, quem sui totius non ignorat au-
ctorem: quid ergo ego qui Deum meum te-
neo vitæ meæ non solum gratuitum largi-
torem sed insuper etiam copiosissimum Re-
demptorem, æternum conservatorem? S.
Bern. de Dilig. Deo.*

S. CEADDA EPISC. 2. Martij.

MOrtem ut ne timeas, time Lector:
neque enim illi olim timent, qui
nunc timent; id quod CEADDA Mer-
ciorum & Lindisfanorum in Angliã E-
piscopus manifestum faciet. Obiit ille
anno post orbem restauratum Septuage-
simo secundo supra sexcentesimo. Gre-
mium mortuo MARIÆ templum
præbuit, ipse agris asylon tumultum
suum, cujus pluvius haustus morbidis
quamplurimis saluti fuit. Cæterum so-
licus est, dum vixit, quoties vehemen-
tior cælo ventus insurgeret, humi se, ab-
jicere magnisque vocibus *Misericordiam*
DEI implorare: jam cælo gravius succ-
censente, & fulgura tonitruaque mis-
cente,

K